

Summæ Theologicæ Scholasticae Et Moralis In Qvatuor Partes Distributæ Pars ...

In qua de Virtutibus in Communi, & Theologicis, Fide, Spe & Charitate, nec
non Virtutibus Cardinalibus, præsertim Justitia & Jure, ac Religione
ceterisq[ue] annexis, & Vitiis Oppositis in particulari breviter & dilucidè
tractatur

Herincx, Wilhelm

Antverpiae, 1663

Disptatio IX. De Simonia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72941](#)

Disp. IX. De Simonia.

sum & contumeliosum blasphemare contra Spiritus sancti, ut Cuius divinitatem, quam ejus membra inhoneste & indecorè (sic videlicet, ut formaliter blasphemiae rationem induat) nominare. Similiter cenlet Arriaga Civeras specie blasphemias committi ab eo, qui Deum posse peccare & posse errare blasphemando assert. Unde quatuor blasphemias, sive hereticales, sive no-

hereticales, notabiliter diversimodè honori & laudi divisa aduersantur, in confessione sunt determinatae in particulari, non tantum quod numerum, sed etiam quod speciem explicanda; sic qui per blasphemiam negaret Christum divinitatem nostramque redemtionem, utramque blasphemiam in particulari, quod speciem & numerum, exprimere teneretur.

DISPUTATIO NONA.

De Simonia.

QUESTIO I.

Quid & Quotuplex Simonia.

I.
Etymologia
nomini. Si-
monia &
qui ejus pri-
mi autores.

NOMEN Simonia, desumptum est à Simone Mago, qui primus in novo Testamento hoc vitio infectus legitur Act. 8, ubi refertur ipsum & nisus ab Apostolis sibi pecuniā comparare potestalem, ut quibuscumque manus imponeret. Spiritum sanctum acciperent: idque, juxta S. Gregorium hom. 4. in Evangelio & alios Patres ac Doctores, eo fine, ut ex hac potestate qualiter faceret, alii Spiritum sanctum vendendo. Alioquin in veteri Lege, ante Simonem Magum, aliqui hoc crimenem coinqutati leguntur, ut Balaam Numer. 22. Giez. 4. Reg. 5. quos referat A Lapi de locum Act. 8. citatum. Ideoq; Adrianus quodlib. q. 9. Simoniam apud Doctores vetustiori vocabulo Balamiam dictam asserit. Et D. Thomas 2.2.q.100. art. 1. ad 4. ait, Simoniacos etiam posse dici Giezitas: usus tamen pro nomine, Simonia, simpliciter invalidit.

2.
Quid si-
monia.

Simonia communiter definitur esse studiosa voluntas emendi vel vendendi aliquid spirituale, vel spirituali annexum, pretio temporalis. Dicitur, voluntas, id est, actus voluntatis, studio, hoc est, delibera. Hinc prius voluntatis non plenè delibera, aut ex ignorantia inculpata procedens, non facit hominem simonicum. Dicitur, emendi vel vendendi, comprehendendo sub his terminis omnem contractum non gratuitum, quo videlicet aliquid datur, vel recipitur non gratis, sed quasi pretio temporali interveniente, sive id fiat per empionem, sive permutacionem, sive locationem &c.

3.
Quid res
spiritualis
in alata
definitione.

Dicitur, aliquid spirituale, hoc est, quod à Deo, ut auctore gratiae, procedit, vel ad eum, ut auctore gratiae, ordinatur. Hujusmodi autem res in triplici sunt differentia, quædam enim sunt essentialiter spirituales, ut virtus & dona supernaturalia. Spiritus sancti: secundum est de scientiis naturalibus, et si in entitate sua physica spiri-

tualibus: pro quarum prouinde usum pretium recipi potest sine periculo Simonis, ut post alios obseruat Wiggers dub. 11. nn. 59. qui de usu Theologiae alter sentit, quam pro temporali pretio docere, non tantum inordinatum, sed etiam Simoniacum esse cenlet num. 65. quod tamen non placet Sylvio 2.2.q.100. nn. 3. ubi probabilius estimat oppositum.

Aliæ res sunt spirituales & supernaturales causaliter, ut sacramenta, quæ, eti in ritu substantia sua sint planè materialia, tamen sunt gratia supernaturalis causalitativa. Huc etiam spectat potestas miraculorum, consecrationes & benedictiones Ecclesiæ & similia ad gratiam supernaturalem ex dispositiva & excitativa, v.g. conciones &c. Aliæ denique res sunt effectus virtutis supernaturalis, sive potestatis spiritualis, ut dispensatio, absolutione, patratio miraculorum &c.

Additur, vel spirituali annexum, id est, quod cum re spirituali conjunctione habet, idque vel inpropietate, ut officium sacrificia, confitentia economi Ecclesiæ &c. vel proprietate, & hinc spiritualibus his antecedenter, ut jus patronatus, quod preflupponitur presentatione ad beneficium & institutionem, vel consequenter, ut beneficia Ecclesiastica, quatenus dicunt jus ad preventus Ecclesiasticos, presupponunt enim titulum, sive officium spirituale: vel concomitante, ut labor in administratione Sacramentorum.

In his item rebus spiritualibus & annexis aliquando reperitur aliquid secundum Re spiritale pretio estimabile, ut in ornamenti eccl. vestiis, calicibus, vestibus sacris &c. in antiquis verò non, ut in donis & gratiis Spiritus sapientiae posterioribus nullatenus vedi possunt; scilicet est de prioribus, qua præcisè ratione materia, per se pretio estimabilis, vendi possunt, quantum est ex natura rei, nisi videlicet Ecclesia id prohibeat. Cavendum tamen ne ratione spiritualitatis carius videntur, alioquin Simoniae macula non evanescatur.

Additur denique, majoris explicationis gratia, pretio temporalis, quo nomine copre henditur pecunia, & quidquid pecunia estimabile, tempora-

mabile est, &c interdum estimari soleat, & in
preium ac contraquam deditur, ut inquit
Marchant Tom. 3. Tr. 10. Tit. 6. q. 6. soletque
a Doctoribus ex c. *Salvator. 1. q. 5.* triplex
assignari, scilicet a masu, a lingua; & ab ob-
sequio. Preium a manu dictur pecunia, &
quidquid pro munere deferri aut vendi so-
let, ut vestes, equus, bos, domus, ager, famili-
lia. Preium a lingua vocatur, quod officio
lingue praestari solet, ut sunt laudes, vita-
peria & familia. Preium ab obsequio est,
ministerium aliquod in rebus temporibus,
ut famuli, economi &c. unde qui familia in
paectum vel quasi paectum deducunt, & inde
sibi beneficia comparant, familia labore in-
currunt. Aliud est, si spirituale pro spirituali
in paectum dederintur; sic enim sine virtute Si-
monis possunt duo pacifici mutuas preces,
mutuam operam in audiendis confessioni-
bus &c.

contra Durandum apud Lessium dub. 4.n.24; & paucos hos, nullam Simoniam juris humani admittentes, dividitur primò in eam, quæ est juris civini, & quæ homani. Prior iure divino naturali est prohibita, committit in Simoni-
niam juris
divini &
jurum huma-
ni.

Aliud est à sequio. Pretium à manu;

Aliud à lingua & aliud ab obsequio. Pretium à lingua vocatur, quod officiis linguae praestari solet, ut sunt laudes, virtus, peritia & similia. Pretium ab obsequio est ministerium aliquod in rebus temporaliibus,

7: Ex dictis patet Simoniam esse peccatum Religioni oppositum, cuius malitia consistit in irreverentia orta ex indigna tractatione rei sacræ vel spiritualium, quæcum sit nobis gratiosè à Deo concessa in nostram & proximi salutem, redigitur tamen in ordinem rerum temporalium, & profanis contractibus subjicitur, prout expressit Sanctus Petrus Ad. Cad. Simonem, Magnum dicens: *Pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam donum Dei existimasti pecuniam possideri.*

Noratus quidem Simonia nomine hæresis c. Presbyter. 1. g. 1. c. Quoties, de Simonia & alibi: non est tamen propriè hæresis, ut advertunt Doctores cum Glossa in c. Firmissime, de Hæretice, apud Suarez lib. 4. de Simonia c. 1. n. 6. sed tantum impropre quoad externam professionem, quatenus Simoniacus externa venditione rei spiritualis profitetur in actu exercito rem illam esse pretio temporali æstimabilem, vel quia Simonia in primo suo auctore in Legge nova & aliquibus ejus sequacibus relatia à Sylvio q. 100. art. 1. veram hæresim internam conjunctam habuit, quatenus Simoniaci illi per hæresim existimabant, rem spiritualem esse pretio temporali æstimabilem.

8.
Ex gene-
tio pec-
cata mor-
ta admit-
at levita-
tum mate-
ria.
Est autem Simonia ex genere suo pecca-
tum mortale: immo *Sylvius sup.* post alios
putat eam nuncquam esse peccatum veniale
ex levitate materiae: sed quod res nulla tam
parvo g. tamen possit esse supernaturalis, quin
sit magna in Deum irreverentia, eam velle
pretio temporali aestimare. *Molina* tamen
T. 2. Tract. 2. disp. 92. n. 5. Reginaldus l. 23.
c. II. n. 16 & ali. misteria parvitatem in
Simonia agnoscunt. Pro foro saltet exten-
no, quando pretium est longe inferius re-
putata, obser. *Bassus V. Simonia* l. n. 3. &
ipnuitur c. *Etsi questiones de Simonia*, levi-
tatem materie à Simona posse exculcare,
eo quod tale pretium facile presumatur
datum esse liberaliter.

Dividitur Simonia juxta communem sententiam
Heringx Sum. Theol. Pars III.

titurq; in empt. vno, aut venditione rei puræ
spiritualis, v.g. Sacramentorum: in qua Simo-
nia communiter dicitur esse prohibita, quia
mala, non autem mala, quia prohibita. Po-
sterior sure humano prohibetur committi-
turque in venditione rerum, quæ quidé per
se & seclusa legi Ecclesiastigæ sunt vendibili-
les, per hanc tamen, ob reverentiam rei sacre
Connexæ, invendibles saepe sunt: quemad-
modum enim Ecclesia, eximendo locum sa-
craum à iurisdictione & potestate seculari,
facit, ut judex inde abstrahens reum, peccet,
non tantum contra obedientiam, sed etiam
contra Religionem: ita quoque, rem tempo-
ralem ob reverentiam rei sacrae annexa exi-
mendo à secularibus mercimonii, facit, ut
qui eam vendere attentat, peccet, non tan-
tum contra obedientiam (ut vulg. *Davandus*)
sed etiam contra Religionem, commissio
Simonia peccato. Sic qui vendit beneficia
secundum partem temporalem, Simoniam
juri huic anni coimitit.

Secundò dividitur Simonia in métalem,
convéntionalem & realem. Mentalis propriè
tate, non quodlibet internum propositū, quo
aliquis vult exterius Simoniacē contrahere
quamvis & hoc ita appellari posset) sed
propositum internum, quo aliquis, dum cō-
stat quidpiam spirituale, intēdit alium obli-
gare ad reddendum tempora, vel contra-
vit si quis det alicui centum aureos, vel ci-
nervias, cum intentione eum obligandi ad
conferendum beneficium. Conventionalis Conv. n. 10.
committitur, quando propositum obligandi
procedit ad externam conventionem, sine
executione utrumque facta, sive hoc fiat
verbis expressis, sive implicitis, sive oblatio-
ne pecuniae: estq; hæc Simonia duplex, una
pura, quando simul ex neutra parte est co-
pleta: altera mixta ex reali, ut quando pre-
mium est datum, sed nondum translatum
beneficium, aut contra. Hujus species est Si-
monia confidentiæ de qua *infra n. 24.* Rea- Et reali
m is est, quando pactio ex utraque parte est
completa, saltem inchoata: ut si collatum sit
beneficium & pars latem pretii soluta.

QUÆSTION II.

*Qualiter committatur simonia Turi
ris Divini?*

Dico I. Committitur Sionia juris di-
vini, si pro actione spirituali, ut tali,
aliquid exigatur. Patet: quia Sanctitas sic
aestimatur prelio temporali. Cum autem
pleræq; actiones spirituales non exercean-
tur sine labore, inquiri solet, an pro ipso la-
bore aliquid exigi possit. Labor autem alius

est intrinsecus actioni spirituali, prout celebrazione Missæ extrinsecum est, ad altare stare &c. alius est extrinsecus, qui non ex natura rei, sed tantum per accidens, cum actione spirituali conjungitur, sive antecedenter sive concomitans, sic celebratio in Missæ extinsecum est, quod certo loco certè tempore & non aliter sit celebrandam. Hoc supposito,

Dico II. Non est Simonia aliiquid accipere pro laboribus extinsecis, seu per accidentes conjunctis actioni spirituali, sive fini prævii, sive concomitantes. Ratio est: quia illi labores sunt temporales & pretio estimabiles. Sic cantor potest aliiquid exigere pro labore & artificio cantandi, item Sacerdos pro obligatione celebrandi certo loco & tempore, & pro labore itineris. Deinde quia private le libertate & facultate aliarum actionum est pretio estimabile. Similiter qui procurat alteri beneficium potest exigere compensationem laborum v. g. ob scribendas litteras &c. non tamen ob pinguedinem beneficij, nec ob proportionem ejusdem. Similiter non licet aliiquid exigere pro presentatione, electione, vel collatione beneficij: cum recipientiam suam estimationem in ordine ad beneficium. De quo quest. seq.

Dico III. Non est Simonia dare, exigere vel accipere aliiquid pro festinatione ministeri sub obligatione ministerii vel rei spiritualis, non per modum pretii, sed stipendi. Ita communiter Doctores. Ratio est: quia administrantibus populo spiritualia debetur ex justitia sustentatio, & habetur 1. Corinth. 9. & Matth. 10. Dignus est operarius ebor suo. Unde vocatur à Doctribus stipendium sustentationis: cum enim ministri Ecclesiæ in utilitatem facultarium priucent se facultate vacandi negotiis facultibus, ex quibus possent se sustentare, tenentur sacerdotes ex justitia illos alere, sicut aliquis tenet alere gerentem sua negotia: quia non possunt munia sua exequi sine decenti sustentatione. Hoc titulo licetum est aliiquid exigere pro missa, concione, Ecclesiarum confectione, visitatione &c. eodem titulo ministeris Ecclesiasticis annexi sunt proventus, non tamquam pretium rerum sacrarum, sed tamquam stipendia necessaria sustentationi, juxta cuiusque dignitatem.

Petes: An licet ministris pacisci de stipendio sustentationis, v. g. pro missa, catechismo, concionibus &c? Resp. Aff. quantum est ex natura rei, sive ministri sint pauperes, sive divites: quilibet enim potest pacisci de eo, quod sibi iure naturæ debetur. Qui autem sic paciscuntur cavere debent, ne habeant intentionem pacificandi de pretio officii spiritualis, sed tantum de sustentatione, quod proinde judicare debent, ne imperiti ex tali pacto offendantur, ut

recte moneret Caietanus & alii. Ubi vero stipendum functionis à Prælatis est determinatum non potest excedi sine iniustitia, & facile præsumeretur esse Simonia, eo quod illud auxiliarium videatur accipere velut premium operis spiritualis.

Dico IV. Pro labore rei spirituali intrinseci, non licet aliiquid per modum praemii exigere. Est communior Doctorum apud Castro Palao de Simonia punct. II. n. 2. contra plerosque ab eodem citatos num. I. Ratio est: quia res spirituales cum labore suo intrinseci unum opus continent; ideoque si premium aliud pro labore accipiatur censetur etiam pro re spirituali accipi, juxta illud, quod c. Si quis obieceret, dicitur: Quisquis horum alterum vendit, sine quo nec alterum provenit, nemtrum in venditum derelinquit.

Hinc sequitur I. pro baptismatione, ablutione, ordinatione, aliave Sacramentorum collatione, non licet aliiquid accipere tamquam premium. Si tamen in necessitate minister detrectet problem baptizare, nisi accepta pecunia, probabilius est tunc licere ipsi pecunias dare, non pro collatione baptismi, sed ad redimendam injustam ministri vexationem, & removendum impedimentum salutis prolis baptizandæ. Monet tamen Wiggers de Simonia dupl. 6. n. 27. si alius adstitit baptizare potens, potius ad eum esse recurrendum, quam in justam ministri vexationem dicto modo redigendam.

Sequitur II. pro dispensatione in votis, juramentis, impedimentis matrimonii, & pro aliis quibusvis legibus Ecclesiasticis, nihil per modum pretii recipi posse sine Simonia: nam dispensatio est ulus potestatis spiritualis, omnino invendibilis. Quod autem à Prælati Pontifice inferioribus secundum dictum Wiggers, ut observat Wiggers n. 44. nihil exigi possit, etiam per modum sustentationis docent communiter Doctores ob prohibitionem Concil. Trid. sess. 25. c. 18. de Reform. Non est tamen contra mentem Concilii, quod imponatur dispensatio caus largiendi eleemosynam aliquam pauperibus, monasterio, vel ad piam causam, idque per modum mulctæ, per quam recessus à lege communi compensetur: dignum enim & justum est, ut, qui vulnus eximi à lege communi, disforitatem, & am aliquam multam compenset, ne alias nimis facile detur omnibus occasio recedendi à communi lege.

Ministri tamen Episcoporum pro literis ordinis suscepiti, dimissoriis, aut sigillo Episcoporum, sive Simonia non incurvantur. Notam, ut recte observat Marchant, cap. T. 7. quest. 2. eo quod scriptio litterarum, omni per charta, sive per sacramentum & impressum sigilli sint res temporales pretio estimabiles. Hoc equidem ipsis inhibitum est à Tri-

dento fortia O.

Sacris si quid
accipiantur
pro labore
bus extin-
secis.

13.
Vel per mo-
dum stipen-
di susten-
tationis.

14.
De quo erit
licet pacisci
quoniam est
ex natura
rei.

15.
Pro labore
rei spirituali
li intrinseci
non licet
premum
exigere.

16.
Hinc pro
laboro ob-
lati in
Latinis Sa-
cerdotum in-
stucione
non pro
premio.
Possit te-
min ad re-
dimendam
vexationem
laicis bat-
zaro veluti
problem.

17.
Pro aliis
dispensatio
nibus non
potest recipi
per modum
sustentationis
ad re-
dimendam
vexationem
laicis bat-
zaro veluti
problem.

Potest tan-
tum ad
re-
dimendam
vexationem
laicis bat-
zaro veluti
problem.

Ministri
sive Sim-
onia non
incurvantur
Marchant
cap. T. 7.
quest. 2. eo
quod scriptio
litterarum,
omni per
charta, sive
per sacra-
mentum &
impressum
sigilli sint
res tempo-
rales pre-
cio esti-
mabiles. Hoc
equidem
ipsis inhibi-
tum est à Tri-
dentino fortia O.

Quæst. III. Qualiter Committatur Simonia Iuri Humani. 563

dentino s. 21. c. 1. de Reform. ab tamen peccatum, ut Notarii in iis tantum locis, in quibus non viget laudabilis consuetudinibus accipiendi, pro singulis literis dimissoriis aut testimonialibus, decimanum quartum unius aurei partem accipere possint, dammodo eis nullum salarium sit constitutum pro officio exercendo.

18. Petes: An pro ingressu Religionis summa pro ipsa professione & Statu Religioso aliquid possit dari tamquam pretium? Relyp: Neg. haec enim sunt res omnino spirituales & ordinis supernaturales, & ita vetatur c. Nulla 1. q. 2. &c. alii juribus. Donis vero aliquem ad Religionem alicere, praeterquam quod subinde scandalorum sit & libertati professionis noxiom, speciem quoque Simonia habet, ut insinuatur. Quam pio 1. q. 2. licet in rigore non sit Simonia. Prout nec est, si monasterium virorum aut feminarum, quod non est abundans & dives, pacificatur cum ingrediente de dote vel alia donatione, pro congruenti & sufficienti sustentatione, ut expressit Clemens VII. apud Marchant Tom. 3. Tracto. Tit. 6. quæst. 10. & quamvis expreßè loquatur de monialibus, idem tamen cum proportione intelligendum est de viris, ut post Tamburinum notat idem Marchant. Ubi adverteatur ordinatio Concil. Trid. s. 25. c. 3. de Regularibus, præcipitiis, ut in monasteriis & dominibus tam virorum, quam mulierum, bona immobilia possidentibus, vel non possidentibus, i.e. tantum numerus constituantur, ac in posterum conservetur, qui vel ex redditibus propriis monasteriorum, vel ex consuetis eleemosynis commode possit sustentari.

Maximè si monasterium sit dives, ita ut sine gravamine aliorum, sufficiat aliendo ei, qui ingreditur, docet Sylvius q. 100. art. 3. c. 1. 5. post D. Thomam & alios, quos citat, committi Simoniā, si aliquis pro ingredientis sustentatione recipiat. Verum cum sustentatio non sit spiritualis, censet Pontius disp. 56. num. 31. & alii non esse in rigore Simoniā. Vide latius Marchant sup.

Q U E S T I O N E III.

Qualiter Committatur Simonia juris Humani?

19. SIMONIA juris humani primò & principali locum habere videtur in materia beneficiorum, consideratorum secundum partem suam temporalem: cum enim jus ad proventus temporales sit in se quid temporale, et si almenix de spirituali, videlicet titulo, non asperget illud jure divinis invendibile, quamvis propter respectum & conjunctionem ad titulum sit invendibile ex Ecclesiæ constitutione: si tamen in

venditione renderetur titulus, clarum est tunc fore materiam Simoniae juris divini. Et hoc sensu considerant plerique Doctores beneficia, afferentes ea esse iure divino invendibili, & quod jus percipiendorum fructuum sit spiritualiter: considerant enim illud jus, ut à parte rei creatur & dependet ex titulo, sive officio spirituali, atque adeo ut in se titulum illum inquam fundamentum involvito.

Immo quod aequaliter nullus, Pontifice inferior, possit jus ad fructus dividere a titulo, præsumetur esse Simoniacus, etiam Simoniae jus contra jus divinum, quisquis alius pro jure, fructuum pecuniam exigit, quantumvis possit vendi protestetur se titulum resignare gratis: non enim potest transire titulum, nisi co ipso trasferat jus fructuum, neque jus fructuum alter, quam mediante translatione tituli; adeo quocunque sit exigere pecuniam pro titulo spirituali. In re tamen non videtur necessarium, ut committatur Simonia juris divini: quia etiam si jure non potuerit jus fructuum a titulo separare, potuit tamen illud facere pacto, seu tentare facere,

& sic pro eo exigere pretium, considerando illud quasi a titulo separatum; ut docet

Lesius c. 35. n. 20. nomi mensemo do-

20.

An jus ad

fructus sine

titulo

contra jus divinum

qui quis alias pro jure

fructuum

aliter

quam mediante translatione tituli;

adeo quocunque

sit exigere

pecuniam

pro titulo

spirituali.

In re tamen

non videtur

necessarium

ut committatur

Simonia

juris divini:

quia etiam si jure

non potuerit

jus fructuum

a titulo separare

potuit tamen

illud facere pacto

seu tentare facere

& sic pro eo

exigere

pretium, considerando

illud quasi a titulo separatum; ut docet

Lesius c. 35. n. 20. nomi mensemo do-

21.

Itaque Simonia juris humani commit-

tur, si pretium aliquod detur, vel accipia-

tur, pro presentatione ad beneficium, pro

electione, confirmatione, investitura aut

collatione, ut habet communis sententia &

colligitur ex c. Matthaeus de Simonia.

Licitum tamen est volenter eligere in-

idoneum offerre pecuniam, ut non eligatur

inidoneus, & consequenter, ut eligatur ali-

quis idoneus in genero: per hoc enim tan-

tum directè redimitur, seu præcavetur

Qualiter

injuria, alioquin Ecclesiæ inferenda per

volenter

indigni ministri electionem: non est ta-

men licitum offerre pecuniam pro electione

idonei præ-

sentatione, de-

ad benefi-

ciug.

22.

Qualiter

licetum sit

offerre in-

electio-

ne & c.

donec præ-

sentare pe-

sonas, etiam dignissi-

mentem, nisi congereret, unicum dumtaxat esse cunias pro

idoneum, ut eligatur tunc namque directè

electio in-

per pecuniam pre-

curatur non electio in-

idonei & indirecte tantum electio signi, ut

observat Poggio disp. 56. n. 30.

23.

Deinde Simonia juris humani com-

mittitur in permutatione beneficiorum,

An commi-

ttar in

permutatio-

ne beneficio

sine ante-

rata Super-

rioris.

Q U E S T I O N E IV.

Quas Poenæ juris inducat Simonia?

SUPRONO, ex doctrina communiter admissa, nullam Simoniam merè internam inducere poenæ juris. Deinde suppono, et si in aliis Simonia sit grave peccatum, solam tamen Simoniam in collatione ordinum, beneficiorum & ingressu Religiosis inducere poenæ juris ipso facto. His suppositis,

29. *Simonia merè interna nulla inducit poenæ.*

Quas finie inducit poenæ ipso facto.

Dico I. Committentes Simoniam reali circa ingressum Religionis, in primis incurrit excommunicationem, scilicet tam personæ dantes, quam recipientes aliquid ratione ingressus Religionis. Secundum communias, si confenserit in hanc Simoniam, incurrit suspensionem ab officio capitulo, pertinente ad jurisdictionem vel administrationem Ecclesiasticam. Utrumque patet ex Extrav. *Sane in vina Domini de Simonia.* Tertiò simoniæ admissi ad Religionem videntur jure inhabiles ad manendum in illo monasterio, & cogendi sunt ad aliud monasterium, si ipsis consciis est Simonia commissa, ut patet ex c. *De Regularibus de Simonia, &c. Dilectus 2. cod. tit.* Quam diu tamen non compelluntur possunt manere professio nim non effectivalia, quamquam non acquirunt jus præbenda regularis, seu portionis ordinariæ, neque jus vocis activæ & passivæ, nisi cum ipsis dispergetur.

30. *Quas penas ipso inducit Simonia.*

Dico II. Conferens ordinem per Simoniam realem in primis est excommunicatus, ut habetur Extrav. *Cum detestabile de Simonia.* Secundò est suspensus a collatione ordinum, etiam primæ tonsuræ, ut habetur in Bulla Sixti V. edita contra male promoventes & promotores, quæ incipit, *Sanctam & salutare: in qua insuper aliae nonnullæ poenæ continentur, ut suspensio ab executione omnium Pontificalium, interdictum ab ingressu Ecclesiæ, à quibus solus Pontifex potest absolvire.*

31. *Quas inducunt missa in collatione Ordinum.*

Dico III. Qui per Simoniam realem suscepit ordinem in primis est excommunicatus ipso dico. Extrav. *Cum detestabile ci- tatem.* Secundò est suspensus ab executione omnium ordinum. Tertiò si in illis misericordiæ veritatis irregularis. Quartò solus Pontifex potest eum absolvere, & cum ipso dispensare, si crimen fuerit publicum, & deductum ad forū contentiolum. Si vero sit occultum, poterit absolvire & dispensare Episcopus vigore Tridentini sess. 24. c. 6. de Reform. seclusa tamen Bullâ Sixti V. quæ revocat opines, facultates etiam de Tridentino concessas, per quas tales possent absolviri.

32. *Et quas inducunt missa in collatione Ordinum.*

Dico IV. Qui per Simoniam realem confert vel procurat alteri beneficium (sub quo intellige etiam Abbatiam, Prioratum & alias prælaturas Regularium) eligendo, præsentando,

33. *Deinde quae penas inducunt collatione beneficiorum.*

ris intelligitur Episcopus, & alius habens

jurisdictionem Episcopalem, etiamsi non

habeat ordinem & dignitatem.

24. Tertiò committitur Simonia juris humana in resignatione beneficiorum, dum mittitur in resignans intendit signatarium obligare, ut idem beneficium sibi, vel alteri, aliquando signet, aut fructus aliquos, vel passionem alteri prestat, & vocatur Simonia confidentia, mensalis quidem, si in mente absolvatur, externa vero, si exterius sufficienter exprimitur, quæ poenæ juris infert, ut patet ex Bulla Pii V. relata à *N. varro 6.23. n.110.*

25. Idem est, quando resignatione beneficii in favorem tertii fit in manibus Praelati, Papæ inferioris (secus si in manibus Pontificis, ut declarat quotidiana praxis) precedente aut interveniente ejusdem promotione de conferendo beneficio illi tertio; omnis enim patet (quæ hic intervenit) in spiritualibus Simoniam continet c. *Quæ situm de rerum permutatione, c. Tua nos de Simonia & alibi sapè.* Secus cenfet *Lefsius dub. 17. n.86.* quando Praelatus non promittit cōferre beneficium tertio, ed quid nulla proprie tunc interveniat pactio. Hujusmodi tamen resignationes, ob imaginem Simoniae, juxta stylum Curie Romanae non possunt fieri nisi in manibus Pontificis.

26. Ex quibus patet resignationes reciprocas non posse etiam coram ordinario fieri, v.g. resigno meum beneficium in favorem qui nepotis, ut resigne tuum in favore mei nepotis; præterquam enim quid sit resignatione, continet etiam pactum resignationis reciprocæ, contra inhibitionem juris c. *Quæ situm de rerum permutatione.* Idem dicendum est de resignatione trianguli & quadrangulari, ut vocant, v.g. cedo meo beneficio in favorem Petri, ut hic cedat suo in favorem Pauli, & hic suo in favorem meum, ob maiorem uniusculiusque commoditatem. Vide *Lefsius 7. 88. Castro Palao de Simonia punct. 17. alios.*

27. Similiter vitium Simoniae incurrit, qui beneficium alteri resignat, privatæ auctoritate sibi reservando aliquam pensionem, ut habet communis doctrina, teste Wiggers deb. 15. n.89. Si tamen legitima auctoritas (qualis indubie est Pontificia) de Episcopatu vide *Wiggers sup.* accedit, omnino licita est hujusmodi resignatione.

28. Denique Simonia juris humani committitur in venditione quorundam officiorum, ut sacristæ, economi, advocati Ecclesiæ & similium eccl. c. *Salvator 1. q.3.* in quibus officiis nihil latet sanctitatis, ob quod jure divino essent invendibiliæ: sed tantum Ecclesia prohibet illa vendi, ob conjunctionem cum rebus sacris: quarum proinde sanctitati necessariò contravenit, qui illa vendit.

Quesit. V. An Simoniacè accepta debeant dirigit, &c. 365

sentando, postulando, instituendo, confirmando vel etiam commandingando, est ipso facto excommunicatus. *Extrav. Cum detestabile, de Simonia.* Ipse quoque accipiens beneficium per Simoniam realem, in primis est ipso facto excommunicatus. Secundò collatio & provisio est simpliciter nulla, neque ulla juri tribuitur adeoque re ipsius facit fructus suos, sed tenetur beneficium dimittere. *Extrav. Cum detestabile cit.* Quod etiam locum habet in eo, qui quidem Simoniam ipse non commisit, sed alius pro eo, si siverit & non contradixerit. Immo iuxta Doctores communiter contra Navarrum & Ugolinum apud Suarez l. 4. de Simonia p. 57. n. 34. provisio est ipso facto nulla, etiamsi Simonia sit commissa ab aliis, proviso ignorantie, saltem regularitatis, idque in poenam eorum, qui provisum simoniacè promovere voluerunt, ut constat ex c. *Nobis fuit, &c. Sicut tuus, de Simonia.* Vide Suarez sup.

34. Dubitari autem potest, quis hanc inhabilitatem tollere possit. Ex quidem, si Simonia sit publica, & facta conscientiae beneficiario, ac deducita ad forum externum, est communis sententia Doctorum, satisque colligitur ex iuribus citatis, eam per Iolum Papam tolli posse. Si ergo sit omnino occulta, quidam putant Episcopum vi confessiois factae in Tridentino sup. posse in ea dispensare. Obstant tamen Declarationes Cardinalium, quas ex Tamburino & Garcia refert Marchant Tom. 3. Tract. 10. Tit. 7. quæst. 5.

35. Similiter dubitatur, an propriitate auctoritate permittantur, incurvant alleegas Simoniacè realis poenas? Affirmativam sententiam communio rem assertit *Lessius dub. 25. n. 141.* tametsi negativam vere judicet probabilem: & meritò, quia in tali permutatione non committitur Simonia proprie- dicta, de qua tamen intelligi possunt; adeoque debent, leges poenales, simpliciter loquentes, utpote strictè intelligendæ. Plura de his vide apud *Lessium sup.*

DICO V. Simonie confidentia varia quaque poena juris inducit, iuxta omnes Doctores, & satis patet ex Constitutionibus Pij IV. & Pij V. nam in primis ejusmodi si Simoniacè, si sint Episcopi aut Prelati, incurvant poenam interdicti ab ingressu Ecclesiæ, si aptem non sint Prelati, incurvant ipso jure poenam excommunicationis Papæ reservatae. Secundò beneficia sic obtenta ipso jure vacant, & relervantur collationi Pontificis. Tertiò privantur omnibus beneficiis & pensionibus obtentis, sed post sententiam, saltem declaratoriam criminis. Deinde incurvant inhabilitatem ad quævis beneficia, intelligere enim post sententiam declaratoriam, ut docent Nonnulli; & ita putat usum receptum *Lessius dub. 26. n. 147.* Vide etiam *Wiggers dub. 22. n. 115. & seqq.*

DICO VI. Nella Simonia conventionalis, excepta ea, que dicitur confidentialiæ, inducit ipso facto poenas juris. Necum vero poenas in utrimque in totum vel in partem completa monia conseruit, transit in Simoniam realem & incurrunt poenas juris contra eam statutæ, que retrotrahitur ad tempus pactionis, eti plius post annum compleatus.

QUÆSTIO V.

An Simoniacè accepta debeant dirimmi aut restituiri, & cui?

UNA ex Simoniacè prenis est obligatio restitutionis rei spiritualis simoniacè acceptæ, vel pretii temporalis pro re spirituali recepti, distincta quæstione tractanda.

DICO I. Qui simoniacè conlectus est beneficium Ecclesiasticum, tenetur illud dimittere & fructus restituere. Patet manifestè ex *Extrav. Cum detestabile, de Simonia,* in qua expressis terminis declarantur electiones, postulationes, provisiones & quævis alia dispositiones, per Simoniam realem est dimit- tendum.

Ceteræ autem res spirituales, per Simoniam acceptæ, non sunt restituenda, cum de illis jus canonicum id non constituerit, uti de beneficio constituit: iure autem divine, seclusa omni lege ecclesiastica, nulla res spiritualis, per Simoniam acquisita, est restituenda, ut patet in beneficio, de quo tamen potissima est difficultas: nam collatio ex iure naturæ fuit valida, cum in collatore sit potestas & voluntas transferendi beneficium, & in accipiente capacitas & voluntas acceptandi, quæ sufficiunt ad translatiō nem domi*ci.*

Debet quidem simoniacè ordinariis ab usu ordinis desistere, cum sit ab eo suspen-sus, iuxta dicta *q. 1. p. 1. & c. 1.* & sic dimittit Sacramentum quoad ulla, ipsius tamen Sacramentum, secundum se dimittere non quit, ut per se patet. Similiter, qui simoniacè est professus, tenetur dimittere Religio- nem, sed non nisi post sententiam. Idem censet *Lessius dub. 20. n. 168.* de metallis be- nedictis, jure patronatus, licentia eligendi confessarum &c.

Nec refert, quod c. fin. de *Pati&curre, de Transactionibus,* dicatur pactiones & conventiones omnes in spiritualibus nullius omnino esse momenti: sicut si dicta capita & similia intelligenda sint, non solum de materia beneficiali, sed de quævis alia spirituali, loquuntur de pactionibus, inducētibus obligationem in futurum, quæ omnino irrita est, utpote obligans ad malum: non vero de similiis conventionum execu- tione,

An etiam poenas in- ducat Si- monia con- ventionalis.

Beneficium Ecclesiasti- cum simo- niacè acce- psum cum fructibus alia dispo- sitiones, per Simoniam realem est dimit- tendum.

Sic ut est de aliis rebus spiritualibus simo- niacè acce- pti.

Quod offe- diatur in Sa- cramentis & Religio- ne.

Iura obici- solita expli- cantur.

Disp. IX. De Simonia.

566

cutione, videlicet actuali tradizione, & receptione pretii temporalis pro re spirituali, quæ, eis illicita, valida tamen est. Major est difficultas de pretio pro re spirituali dato, an & cui illud sit restituendum. Ad quam-

DICO II. Si quis accepit pretium pro re spirituali, quam ex justitia tenebatur grati-
datu*m* pro*re* spirituali
ex justitia debito*re*
ceptum est
jure divino
restituendu*m*.

42.
Sic et se recipiatur
pro incommodo tem-
porali anno
200.

43.
Quid si re-
cipiatur pro
incommodi-
tate spiri-
tuale.

44.
Quid di-
cendum de
pretio dato
pro com-
modo tempo-
ralibus be-
neficio an-
nata.

DICO III. Si quis in gratiam alterius privat se aliqua re spirituali, & pro incommodo temporali annexo exegerit compensationem temporalem, non tenetur jure divino ad restitucionem. Probatur: quia damnatum illud est pretio estimabile, & nemo tenetur illud gratis pro altero sustinere, ut si quis spoliaret le suo beneficio, illudque in alterum transferat. Idem est de omni alio jure vel re spirituali, ex ejus priuatione evenit incommodeum temporale in honore seu fortunis.

Iam aliquibus apud Suarez c. 59. n. 43. videtur pro sola incommiditate spirituali, quam quis patitur in gratiam alterius se privando reliquis sacris v. g. posse sine labore in justitia aliquam compensationem exigere, estò non sine Simonia: sed quod illa incommiditas appareat pretio estimabilis. Suarez tamen ex opposito fundamento censet oppositum esse verius.

Similiter multi docent, conferentem bona spiritualia commodeum temporale annexum habentia v. g. canonicatum, pro pretio temporali, non teneri ad restitucionem ex jure naturæ: cò quod commodeum temporale annexum, apud hominem pretio estimatur. Dissentit tamen cum aliis Suarez n. 38. docens collatores honorum illorum spiritualium, tamquam Clericos dispensatores ex justitia obligari ad conferendam gratis commodeatam rei spirituali annexam. Hoc saltem constat, omnes beneficiorum collatores, Pontifice inferiores, supposita invaliditate venditionis beneficiorum, à jure communis inficta, ex jure naturæ teneri ad restitucionem pretii Simoniæ accepti: id que ante omnem Judicis sententiam: Cum illud sine gravissima salutis periculo recinere non possint, ut dicitur c. De hoc, de Simonia.

Secus docet Lessius dub. 30. n. 169. de pre-
tio simoniæ recepto pro Religionis ingre-
su: illud enim non nisi post latam à Judice gressu Rati-
sentiam judicat restituendum, & colli-
gitur ex Exiray. Sane, de Simonia, in qua
permittitur acceptum retineri (intellige ul-
que ad sententiam Judicis) modò in com-
mune, solum conventus, & non in priva-
tum Abbatis vel Abbatissæ, convertatur.

DICO IV. Qui pretio temporali absque suo incommodo consert aliquid spirituali, quod nō habet annexum commodeum tem-
porale, ut sicut Sacraenta & sacramenta-
lia, tenetur jure divino ad restitucionem,
nisi illud pretium præsumatur gratis da-
rum, vel non excedat debitam sustentatio-
nem. Ratio est: quia ministri Ecclesiæ non
habent ius pro administratione spiritua-
lium exigendi pretium aliquod, sed solam
requisitam sustentationem, unde, quia sine
jure tale pretium extorquent, obligantur
juro naturali ad restitucionem.

Petes: Cui sit facienda restitutio pretii simoniæ accepit? Resp. I. Si beneficium vel alia res spiritualia nondum est tradita, debet jure naturæ fieri restitutio ei, à quo pretium est acceptum, ut docent plerique Recentiores contra Covarruvias ad regul. Peccatum part. 2. c. 2. r. 7. existimant item erogandum esse pretium in piosus, & colligitur ex c. Veniens de Simonia.

Resp. II. Si beneficium vel res spiritua-
lis sit tradita, pretium restituendum est. E Hac vñ
traditâ lib. dum q. Ec-
clesiæ, aut erogandum in alios pios usus,
etiam ante sententiam Judicis. Est commu-
nis Doctorum contra Soto l. 9. q. 8. art. I. alias pio
quatenus docet ante sententiam Judicis esse auctor regi
restituendum danti, & post sententiam ei,
cui Judex adjudicaverit. Sed quod respon-
dimus est verius & conformius iuribus c.
De hoc, &c. Audivimus, de Simonia, ut vi-
dere est apud Lessium dub. 3. Ratio est quia
Ecclesia mandans Simoniaco, ut pretium
acceptum restitut, non intendit favere at-
proesse alteri Simoniaco, qui pretium de-
dit, quod tamen fieret, si huic ante senten-
tiam esset facienda restitutio.

Nec refert, quod forsan d'opinione pre-
tii manerit apud eum, qui illud deiat (ut Colvinus
prætendit Soto) quandoquidem non sit
translatum in accipientem: nam ex ipso,
quo hic juxta præceptum Ecclesiæ erogat
illud in pios usus, privatius is, qui secutum
debet, omni jure ad illud, quod Ecclesia
in penam justè ordinare potuit, ut ita &
dans & accipiens pretium, ueret poenam.

DISP V